



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.  
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm  
Crvcifixvm**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae, 1648**

55. Vt Pictor ingeniosus, conatur in se exprimere imaginem sui Dilecti,  
aspiciendo frequenter suum Crucifixum, velut prototypon.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](#)

V.

## AMATOR CRVCIFIXI

Ut Pictor ingeniosus, conatur in se exprimere  
imaginem sui Dilecti, aspiciendo fre-  
quenter Crucifixum, velut  
prototypum.

SS.

CRVCI-  
FIXVS.exemplar  
perfectissi-  
mum.

**A**D hoc hortatur Paulus Apostolus  
a. ex stimulans Hebreos ad constā-  
tiam in agone, ad quod plurimum con-  
ducere docet, si aspiciant in auctorem fi-  
dei, & consummatorem IESVM, qui pro-  
posito sibi gaudio sustinuit CRVCEM. Ille  
enim est absolutissimum exemplar be-  
nè certantis ac currentis.

Alludit autem Doctor Gentium, ut Pictoris  
commentatur S. Chrysostomus ad pi- exemplum.  
ctores, qui ut ex prototypo paragogū,  
ex exemplari imaginem exprimant,  
prototypum ipsum, siue exemplar sāpe  
intuentur & respiciunt. Quasi velit, ut  
quicumque est seruens Amator CRV-  
CIFIXI, pictorem agat, & quidem in ta-  
bulā animæ, per considerationes & af-  
fectus pios, multo autem maximè per  
virtutum imitationem, in tabulā au-  
tem corporis, per omnium membro-  
rū moderationem & honestam cōposi-  
tionē, nec non per voluntarias afflictio-  
nes, vexationesq; CHRISTI PATIENTIS

G 2

&amp;

& CRUCIFIXI effigiem depingat, sicque illum, velut prototypum pfectissime repræsentet.

**CRUCI-  
FIXVS  
exemplar.**

I.  
**Fides.**

II.  
**Humili-  
tatu.**

III.  
**Patiensia.**

IV.  
**Perseuer-  
rancia.**

**CRUCI-  
FIXVS cō-  
tempnar**

**terrenorū.**

Dicere videtur Paulus. O Amator CRUCIFIXI! propono tibi exemplar fidei, quæ in te est, aut esse debet, cū credere debeas futura bona certoque tibi persuadere res sperandas & non apparentes, quarum fides est substantia & argumentum, id quod Christus peraltiorem illam scientiam, quæ insula dicitur, habuit, & ut tu certissimè crederes tota vita laborauit: & cursum fidei plurimus felicitet consummavit, resque specatas & promissas à DEO, per PASSIONEM & CRUCEM accepit, honoratus, exaltatus, celebratus, ac æternum celebrandus.

Propono tibi eundem, vt exemplar humilitatis, patientiæ, ac constantiæ cura, vt in illud assidue intuens, eius demissionem, mansuetudinem, toleratiā, perseverantiamque, in te peniculio imitationis exprimas.

O Amator CRUCIFIXI!<sup>b</sup> Omnia bona terrena contempsit CHRISTVS, vi contemnenda esse monstraret: omnia terrena mala sustinuit, toto vitæ mortalis tempore, sed ultimo potissimum usque ad mortem, mortem autem CRU-

cis, quæ sustinenda præcipiebar; ut ne-  
que illis quæreretur felicitas, neque in  
istis infelicitas timeretur.

Natus de Matre, quæ semper Virgo *Christi*  
permanet, fabro tamen desponsata o-  
mnem typhum carnalis nobilitatis ex-*humilia-*  
tinxit. Natus in Bethleem, quæ inter o-*tio-*  
mnes Iudeæ ciuitates exigua erat, no-*“*  
luit quemquam de cuiusquam terrena*“*  
ciuitatis sublimitate gloriari. Pauper  
etiam factus est, cuius sunt omnia, ne  
quisquam cum in eum crederet, deter-*“*  
renis diuinijs auderet extolli. Noluit  
Rex ab hominibus fieri, qui humilitate*“*  
ostendebat viam ad **Dominum** miseris*“*  
quos ab eo superbia separauerat, quam-*“*  
uis sempiternum eius regnum vniuersa*“*  
creatura testetur.

Esuriuit, qui omnes pascit: sicutiuit si-*Esurit.*  
cientium fons: fatigatus est itinere ter-*Sitit.*  
restri, qui se ipsum nobis viam fecit in *Fatigatur.*  
cælum: velut obmutuit, & obsurduit*“*  
coram conuictantibus: vincitus est, fla-*“*  
gellatus est; **Crucifixs** est, mortuus*“*  
est: sed & resurrexit, nunquam moritu-*“*  
rus; ne ab illo quisquam sic disceret*“*  
mortem contennere, quasi nunquam*“*  
futurus. Inspice & fac secundum Ex-*“*  
EMPLAR, quod tibi in monte monstra-*“*  
tum est c.

150 CHRISTVS CRVCIFIXVS

a. Hebraos XII. 3. b. S. Augustin. de catt.  
chizan. rud. c. Exodi XXV. 40.

VI.

AMATOR CRVCIFIXI

respicit, & accipit Crucem, ut Arrham  
Sponsalitiam, calitus ab Amatore suo  
sibi missam.

56.

Sponsali-  
nia mune-  
ra.

Arrha.

CRVX  
Arrha.

CVM agitur de ineundo matrimonio,  
mittitur sponsæ donum, illi gratu-  
velut signum & symbolum comple-  
contractus matrimonialis; quod intel-  
sponsalia munera numeratur, arrhas vo-  
cant leges de nuptijs; quæ locum etiam  
habet in nuptijs spiritualibus; & matri-  
monio allegorico inter Virginem Ca-  
stam, & castitatis sibi voto oblatæ, si-  
matæque amatorem CHRISTVM; in-  
DEVM quoque, & animam illi iusti-  
desponsatam.

CRVCIFIXVS si quam habet nuptiis  
suis ambientem Animam, qualis ei  
debet cuiuslibet Amatoris sui sincer-  
CRUCEM illi mittit, ceum munus spon-  
litium, nec putat alio subarrando  
dono, cum hoc sit preciosissimum,  
debeat esse Sponsæ CRVCIFIXI grati-  
sum.